VETUS TESTAMENTUM

Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



michi benedictionem. Respondit ysaac.
Dominum tuum illum constitui et omnes fratres eius seruituros illi subiecimus
frumento vino et oleo stabilivi
eum, et tibi post hec quid faciam
fili mi? Cui esau ait: Nunquid vna
benedictio tua est, pater
obsecro te ut benedicas
mihi quoque. Cumque eulatus magno fletu. Motus
ysaac dixit ad eum: In pinguedine
terre, et in rore celi de super erit
benedictio tua. Viues in gladio
et fratri tuo seruies, tempus quoque veni
et excutias et solues iugum
eius de ceruicibus tuis. Odierat
ergo semper esau iacob propter benedic
cionem qua benedixerat ei pater. Dixitque
in corde suo: Adpropinquabunt dies
luctus patris mei, vt occidam ia
cob fratrem meum. Nuntiata sunt
hec rebecce. Quae mittens et
vocans iacob filium suum dixit ad
eum: Ecce esau frater tuus minatur
vt occidat te. Nunc ergo audi
vocem meam, et consurgens fuge
ad laban fratrem meum in aran
habitabisque cum eo dies paucos,
Donec requiescat furor fratris
tui. Postea mittam et adducam
te inde huc. Cur vtroque or
babor filios in vna die. Dixit
quoque rebecca ad ysaac: Tedet
me vite mee propter filias heth.
Si acceperit iacob vxorem de stirpe
huius terre nolo viuere. Cap. xxvij.
Vocauit itaque
ysaac iacob et benedixit
ei. Precepitque ei dicens: Noli
accipere uxorem de filiabus chanaan,
sed vade et proficiscere in mesopo
tamiam syrie, ad domum bathuel
patris matris tue, et accipe tibi
inde vxorem de filiabus laban
auunculi tui. Deus autem omni
potens benedicat tibi, et accrescere te faciat
atque multiplicet, vt sis in tribus po
pulorum, et det tibi benedictionem ab
raham, et semini tuo post te, vt
possideas terram peregrinationis tue
quam pollicitus est auo tuo. Cumque
dimisisset eum ysaac, Profectus venit
in mesopotamiam syrie ad laban
filium bathuel syri fratris rebecce.
Audiens autem esau, quod benedixisset
patrem suum iacob, et misisset eum in
mesopotamiam syrie, vt inde vxorem
duceret, et quod post benedictionem
preceptisset ei dicens: Non accipiat
uxorem de filiabus chanaan, adque
obediens iacob parentibus isset in syriam
Probans quoque quod non libenter
aspiciat filias chanaan patri
suo, iuit ad ysmahelem, et duxit
uxorem absque his quas habebat in thalamo filium
abraham sororem nabaioth. Egressus
iacob de bersabee pro
cedebat haran. Cumque venisset ad
quendam locum, et vellet in eo re
quiescere, post solis occubitum
tulit de lapidibus qui iacebant,
et supponens capiti suo, dormiuit
in eodem loco. Viditque in somnis
stalam stantem super terram, et cacumen
illius tangens celum, angelos quoque
dei ascendentes et descendentes per
eam, et dominum innixum stale dicen
tem sibi: Ego sum dominus deus abra
ham patris tui, et deus ysaac. Terram
in qua dormis dabo tibi, et
semini tuo, erituque germen tuum sic
pulvis terre. Dilataberis ad
orientem et occidentem et septen
trionem et meridiem, et benedicentur
in te et in semine tuo cuncte tribus
terre, et ero custos tuus quocumque
perrexeris, et educam te in terram hanc
nec dimittam nisi complevero vni